



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1709. usque ad annum 1714

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1782

VD18 90119266

§. 7. Pontificis responsum ad Turnonii Cardinalis epistolam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67615](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67615)

Sæc. XVIII. nonius hoc anno die decima nona Octo-
 A. C. 1709 bris sub interdicti pœna hunc Senatū
 ad abrogandam hanc sententiam hor-
 tabatur, propterea a Papa die decima
 quarta Martii Anno 1711. commenda-
 tus, a suis vero hostibus eo durius ha-
 bitus.

§. VII.

*Pontificis responsum ad Turnonii
 Cardinalis epistolam.*

*Epist. Clem.
 XI. p. 533.*

Nondum Romæ innotuerant acerbio-
 res contumeliæ, & furentes vexa-
 tionum tempestates, quibus Turno-
 nius Cardinalis per integrum ferme bien-
 nium a rituum damnatorum Assertori-
 bus obruebatur; ex literis tandem ejus-
 dem Cardinalis Pontifex de prospero
 ejus ad Sinarum Imperium adventu,
 & subsequente Imperatoris indignatio-
 ne certior factus, hoc anno die secunda
 Martii datis ad eum literis dolorem
 suum testabatur, eoquod comperisset,
 præfati Imperatoris gratiam usque ad-
 eo erga illum imminutam fuisse, ut
 ipse, num vere Sacræ Sedis Administer
 esset, dubitare se declararit, subira-
 tumque animum aliis etiam non ob-
 scuris indiciis patefecerit: suum tamen
 mærorem levatum fuisse rescripsit Pon-
 tificex, eoquod id sine ipsius Cardinalis
 culpa

culpa acciderit, & Imperatorem ex eo, *Sæc. XVIII.*
 quod ipse ceteris *Operariis Apostolicæ* *A. C. 1709.*
Sedis mentem quoad Sinensium ritus die
 vigesimo Novembris Anni 1705. signi-
 ficarit, molesto tulisse animo haud cre-
 deret; cum enim, inquiebat Pontifex, *Relat. de la*
Persec.
Imperator jam dudum benigne permisit *pag. 289.*
Christianam religionem in suo Imperio li-
 bere exerceri, consequens est, ut pari
 benignitate patiatur eos duntaxat obser-
 vari ritus & mores, qui Christianis legi-
 bus consonant, illosque ex opposito devi-
 tari, qui earum legum præscripto adver-
 santur, Postea Pontifex Cardinalem
 certiore fecit, quod Sinensium Im-
 peratorem datis literis rogarit, ut eum
 in pristinum honoris & gratiæ locum
 restituat, eique Europam repetendi li-
 bertatem concedat, ut calamitas, in
 qua positus est, brevi cesset: Ex his
 literis patet, confictam fuisse illam epi-
 stolam, in qua Societatis Superior Pa-
 tri Josepho Le Quesne aliisque duobus
 ejusdem Instituti Viris Mense Octobri
 hoc Anno 1709. scripisse refertur,
 „quod nec Turnonium, nec ejus man-
 „datum pertimescentes, ad Sinas per-
 „gerent, eoquod Reverendissimus Pa-
 „ter Tamburinus Societatis Generalis
 „ei perscripserit, Papam ad illum di-
 „xisse, quod nullum Decretum hac super
 „re hucusque emanarit. Hujus dicti falli-
Hist. Eccles. Tom. LXVIII, C *tas*

Sec. XVIII. tas luculentius adhuc manifestatur ex
A. C. 1709. ipsis literis eadem die datis, in quibus
 Pontifex Sinensium Imperatorem, quod
 Cardinalem tam honorifice exceperit,
 impense commendans, ita prosequen-
 tur: „Nullatenus persuadere Nobis pos-
 „sumus, Te ægre aut acerbe tulisse,
 „quod ille circa ritus quosdam, ac ce-
 „remonias Sinensium Ævangelicis Ad-
 „ministris denuntiaverit *nostros, & Apo-*
stolicæ hujus Sedis sibi notos sensus, quos
 „antehac explicavimus: Cum enim Tu
 „ipse eximio tuæ benignitatis exemplo,
 „cujus memoria Christianorum Anna-
 „libus jam inscripta nunquam interibit,
 „jam pridem indulseris, ac edixeris,
 „fas fore in posterum in tuis ditioni-
 „bus Christianam religionem profiteri,
 „arbitrari profecto debuit Cardinalis, Te
 „eadem Clementia annuere debere,
 „quod illis, qui in tuo Imperio hanc
 „ipsam legem amplexi fuerunt, sicuti
 „permisum est, conformare se moribus
 „huic Instituto congruis, ita ab iis li-
 „ceat e contra abstinere, quæ ab ejus-
 „dem legis præscripto dissentiant. Id
 „porro disertius explicare posse spera-
 „mus, postquam ea accurate lustra-
 „verimus documenta, quæ ab illis al-
 „lata sunt, qui isthinc in has nostras
 „partes missi Romam nuperrime adve-
 „nerunt, quos benigne jam, ac libenter
 „ex-

„exceptos benignius in posterum, ac Sæc. XVIII.
 „libentius audire parati sumus, eo po- A. C. 1709.
 „tissimum nomine, quia prosperam sa-
 „lutem tuam Nobis nuntiârunt. Inte-
 „rim plurimum refert, ut Tibi omnino
 „compertum sit, nullo modo a Nobis
 „improbari, quod inelyta Sinensium
 „natio grato, ac memori sit animo erga
 „Progenitores, ac Magistros suos, qui-
 „bus se multum debere intelligit; sed
 „id unum, quod æquitati esse conso-
 „num pro tua spectata prudentia agno-
 „sces, id unum expetimus, ut liceat
 „Christianis hujusmodi humanitatis of-
 „ficia iis modis persolvere, qui non re-
 „pugnent puritati, ac Sanctitati nostræ
 „Religionis, districte vetantis ulli crea-
 „turæ, utcunque excellenti, cultum
 „illum adhiberi, qui uni ac vero Deo,
 „cæli & terræ Creatori, ac Domino
 „debetur. Sed æqui jam bonique con-
 „sulas, Illustris, ac Potentissime Impe-
 „rator, quod precibus tecum agamus,
 „& enixe a te expetamus, ut ipsum
 „Cardinalem in pristinam gratiam re-
 „cipere velis, & ad plenam libertatem
 „redire facias, & quod ad magnanimi-
 „tatem tuam inprimis spectat, in eos
 „etiam honores restituas, quos illi,
 „cum Te primum adiit, cumulate a
 „Te delatos Nos ipsi Tibi acceptos fe-
 „rimus. Quod eo fidentius a Te requi-
 „rimus,

Sec. XVIII. „rimus, ac speramus, quod Nos eun-
A. C. 1709. „dem Patriarchalis munere in suo ist-
„huc adventu insignitum, ubi tam
„splendide a Te habitum fuisse audi-
„mus, ad Cardinalatus dignitatem e-
„veximus, quæ summæ amplitudinis
„est in Ecclesia, & post Pontificalem
„præcipua; rati profecto esse summo-
„pere decorandum, qui tam honorifice
„a Te excipi meruit, illumque digniori,
„quo poteramus, gradu a Nobis exor-
„nandum, qui nostro nomine in floren-
„tissimo tuo Imperio resideret. Admo-
„net interea Nos Apostolica Charitas,
„qua impellente hæc omnia ad Te per-
„scribimus, ut non omittamus Tibi im-
„pense commendare incolumitatem
„Christianæ legis in istis partibus, &
„ejusdem legis professores, quotquot
„in tuis felicissimis Ditionibus, hoc
„nomine censentur, ac peculiari modo
„Operarios Evangelicos, qui freti tua
„benignitate isthuc perrexerunt, homi-
„nes tuis auspiciis plane dignos, quo-
„rum inter cætera pietatis studia, il-
„lud est Institutum non tam verbis,
„quam exemplo aliis fidelibus annun-
„tiandi, nemini dare ullam offensionem,
„pacem quærere, viam mansuetudinis
„insistere, debitam publicæ authoritati,
„summisque Principibus, eorumque
„Administris reverentiam, fidem, ac
„obe-

„obedientiam, salva ea, quæ Deo in- Sæc. XVIII.
 „primis debetur, præstare: a quibus A. C. 1709.
 „studiis, eos tum sponte, tum monitu
 „nostro, tum ad Præcepta Christianæ
 „Religionis implenda, nunquam reces-
 „suros esse speramus. His itaque Ope-
 „rariis ne patiaris ullas molestias in-
 „ferri, ullos obices opponi, quo mi-
 „nus officio suo vacent, etiam, atque
 „etiam ad Te petimus. Quod si forte
 „aliquid gravius in eos novissime con-
 „stitutum fuit, erit tuæ summæ Cle-
 „mentix idipsum abrogare, quatenus
 „tuæ supremæ authoritatis præsidio
 „communiti, optata, ut prius, tran-
 „quillitate fruantur.,

Eodem ferme tenore Pontifex lite-
 ras ad Joannem Lusitaniæ Regem de-
 dit, in quibus ab Andrea de Mello
 præfati Regis Legato edoctus, jam pri-
 dem innotuisse Regi gravissimas mole-
 stias & ærumnas, quibus nunc Sinen-
 ses Missionarii vexantur, eidem Prin-
 cipi significavit, Sinicas perturbationes
 potissimum manasse ex Mandato quo-
 dam, quod Cardinalis Turnonius ibi-
 dem quoad ritus quosdam promulgavit.
 „Imperatori siquidem Sinarum, profe-
 „quebatur Pontifex, suggestum fuisse
 „audivimus, hunc Cardinalem sua sponte,
 „ac voluntate ad ejusmodi Mandati pro-
 „mulgationem devenisse. Confidimus

Sæc. XVIII. „autem omnino fore, ut postquam ipsi
 A. C. 1709. „Imperatori innotuerit Cardinalem hac
 „in re ultro nihil egisse, quinimo in il-
 „lius Mandato contenta iis, quæ eadem
 „in re, prævio diuturno, maturo, ac
 „diligentissimo examine a Nobis jam
 „dudum, nempe die vigesima Novem-
 „bris anni millesimi septingentesimi
 „quarti, *decreta fuerunt*, consonare:
 „idem Imperator, ea ipsa suadente æ-
 „quitate, qua illum præditum esse in-
 „telleximus, facile deponat, abjiciat-
 „que ex animo, quam in prædictum
 „Cardinalem suscepit, indignationem,
 „& sicuti benigne dudum indulsit, e-
 „dixitque in amplissimo Imperio suo,
 „ut quicumque vellent, libere amplecti,
 „ac profiteri possent Christianam reli-
 „gionem, ita eam profitentibus pari
 „benignitate permittat, ut eos sequan-
 „tur mores, qui Christianæ legi con-
 „sentanei sunt, & ab iis contra absti-
 „neant, qui ejusdem legis præscripto
 „repugnare noscuntur. Hac ducti fi-
 „ducia ad ipsum Imperatorem literas
 „dedimus, quarum exemplar Majestati
 „tuæ mittimus præsentibus adnecten-
 „dum. Potiorem tamen spem nostram
 „in valido, benignoque Majestatis tuæ
 „patrocinio reponimus, & collocamus,
 „eamque, quanto maximo possumus,
 „animi studio rogamus, ut iis adhibitis
 „me-

„mediis, quæ ad id magis opportuna, Sæc. XVIII.
 „ac utilis fore judicaverit, felicem rei A. C. 1709.
 „succesum, qui tum a Majestate tua,
 „tum etiam a Nobis communibus votis
 „expetitur, juvare, ac urgere vehe-
 „menter velit, simulque strenuam na-
 „vet operam, ut ii, ad quos pertinet,
 „Apostolicæ Sedis Responsis, ut par
 „est, morem gerant, & obsequantur;
 „præsertim cum illos, qui e Sinarum
 „Imperio Romam novissime advenerant,
 „benigne audire, ac nova, quæ ipsi
 „quoad controversias Sinicas inde at-
 „tulerunt, documenta mature, ac di-
 „ligenter perpendere parati simus. Ce-
 „terum quod ex eodem Majestatis tuæ
 „ablegato percepimus, memoratum
 „scilicet Cardinalem de Turnon aliqua
 „in re apud Majestatem tuam offendisse
 „(*), id certe Nobis perinde molestum
 „accidit, ac inopinatum, cum vero
 „conjicere nequeamus causas, ob quas
 „id evenerit, de tota re diligenter e-
 „doce-

C 4

(*) Hujus offensionis causam detegunt Au-
 thores relationis pag. 279. dum referunt, ru-
 morem Ulyssipone a rituum proscriptorum
 Patronis vulgatum fuisse, quod *Turnonius*
juratus Nationis Lusitanæ hostis, ex Sinarum
Imperio & Macaonensi Urbe Lusitanos ejicere,
Gallos subrogare, & Batavos & Anglos po-
titus quam Lusitanos advocare intendat.

Sæc. XVIII. „doceri curabimus, ut quod usque-
 A. C. 1709. „quaque æquum fuerit, decernere va-
 „leamus. Interea pro explorato habe-
 „mus, id minime impedimento futurum,
 „quo minus Majestas tua insitum sibi
 „eximium, avitumque Divini honoris,
 „& Orthodoxæ Religionis Zelum hac
 „etiam occasione luculenter explicet,
 „testatumque omnibus palam faciat
 „fidei causam reliquis humanis ratio-
 „nibus quibuscunque sibi longe potio-
 „rem esse, & antiquiorem.„

§. VIII.

*Turnonii Cardinalis responsum ad
 Pontificis epistolam.*

*Relat. mort.
 Turnon.
 pag. 15.*

Interim Turnonius Cardinalis literas a
 Papa receperat, in quibus illum ad
 tolerandas generoso, constantique ani-
 mo pro Dei causa quascunque ærum-
 nas hortatus, de concessa Purpura cer-
 tiorem reddiderat: ad has igitur lite-
 ras Cardinalis die trigesima Novembris
 hoc anno rescribens, palam profiteba-
 tur, se nullatenus velle Apostolicæ Mis-
 sionis deserere ministerium, *cum modico,*
 inter alia scripserat Cardinalis, *constan-*
tice & patientiæ conatu tandem triumphabunt de suis inimicis ratio, veritas, disci-
plina, & Ecclesiæ ac Dei & tam multa-
rum causa animarum; quæ motiva non
minusa